





1747  
nr. 215 fehlt: der Druckzeichnung

7.

18

1747, 6  
**FACVLTATIS JVRIDICÆ  
DECANVS,  
JO. CHRISTOPHORVS  
SPITZ, JCtus,**

MEMORATÆ FACVLTATIS, NEC NON JVDICII  
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, AC  
PROFESSOR PVBLICVS, ATQVE CIVITATIS  
ERFORDIENSIS SENATOR,

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

---

ERFORDIAE,  
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.





**D**ræbenda seu Beneficium Ecclesiasticum est jus per-  
petuum percipiendi redditus ex Bonis Ecclesiasti-  
cis propter aliquod servitium spirituale, autho-  
ritate Ecclesiarum constitutum. LAYM. l. 4. Theol. tr.  
2. c. 1. n. 1. ENGEL ad Jus Can. lib. 3. tit. 5. n. 1.  
SCHMALZGRUBER Eod. n. 2. ubi requisita Præben-  
darum latius examinat; atque statuit, illas non  
nisi personis Ecclesiasticis conferri posse. Ut vero fructus &  
distributiones possessoribus cedant, de jure communi Residentia  
seu assidua Commoratio in loco Beneficii, ratione servitii spiri-  
tualis personaliter praestandi, requiritur, præsertim illorum,  
quorum Beneficia sunt Curata, etenim hi ad gregem sibi com-  
missum fideliter pascendum, ad sacramenta promptè admini-  
stranda, & Divina Officia sancta educatione peragenda, jure Divi-  
no ad residendum sunt obstricti: CONCIL. TRID. Sess. 23. C. 1. de Re-  
form. LESS. l. 2. de J. & J. c. 34. dub. 29. n. 153, cui firmiter insi-  
stendum, adeo, ut contrariam consuetudinem amplectentes,  
quidem in hac temporali hujus prætextu se excusare valeant, an  
verò coram summo Tribunal, ubi prædicta consuetudo, seu  
corruptela humana, non stringit, se hoc excusationis velo ex-  
cusabiles reddere possint, cujuslibet Sapientis arbitrio relinqui-  
tur, & in se nimis vile videtur, nisi aliae graves causæ, à Residen-  
tia personali excusantes, verè non putativè concurrant; duplex  
enim à Canonistis statuitur Residentia, una vera, altera ficta, il-

( 2 )

la

la est, si Beneficiarius verè & realiter in loco Beneficij præsens est, atque Officium, propter quod datur Beneficium, personaliter exercet; hæc autem est, si absens à loco Beneficij fictione juris pro moraliter præsente habetur, & quidem ita, ut vel tantum fructus Præbendæ faciat suos, vel etiam præter hos Distributio-nes quotidianas, quæ alias Præsentiarum nomine indigitantur, simili lucretur. BARBOSA in Colle<sup>g</sup>ian. ad tit. de Cler. non resid. ad Rubr. n. 9. PIRHING. eod. n. 2. Etenim posteriores sub primis non continentur, cum fructus Beneficiorum sint fructus, qui in fixo consistunt, & propter annuam Residentiam ac onera annexa in loco Beneficij dantur, sine ordine ad interessentias in Officio Di-vino, FAGNAN. in c. licet. 32. n. 17. de Prabend. Distributiones quo-tidianæ verò, ab Etymologia nominis, illæ sunt, quæ singulis die-bus, aut etiam certis Annis temporibus, intuitu interessentie in Choro, distribuuntur. c. un. de Cler. non resid. in b. CONCIL. TRID. Sess. 24. de Reform. c. 12. ACHIL. DE GRASS. Decis. an. de Distrub. quotid. THOMING. decis. 17. ALOYS. RICC. Prax. Distrub. quotid. decis. 460. Proinde si alicui esset concessum privilegium, ut in absentia Fru-ctus Beneficij percipere possit, non propterea sibi attribuere po-test Distributiones quotidianas: GLOSS. in d. c. un. de Cler. non re-sident. in b. AZOR. Tom. 2. l. 7. c. 7. q. 2. & si quis ad Fructus Bene-ficij restituendos condemnatus esset, vi hujus sententie ad re-solutionem Distributionum quotidianarum non teneretur, BOER. Dec. 340. n. 4. quia hæ non sunt de corpore Beneficij, sed perci-piuntur ratione servitii personalis. Hinc etiam ob delictum fru-ctibus Beneficij privatus, propterea non censeretur esse privatus Distributionibus quotidianis, ROTA Decis. 1170. n. 2. nisi tamen Be-neficium nullos alios fructus haberet, quam Distributiones, tunc enim hæ loco fructuum Beneficij haberentur. DEC. lib. 1. Cons. 49. n. 14. SCHMALZGRUBER. ad Jus Can. tit. de Cler. non resid. §. 4. n. 77. Hinc ad Distributiones, tam ordinarias, quam extraordina-rias lucrandas, requiritur actualis præsentia in Officio Divino: FRANCIS. MAR. FITON. de Controv. Patron. Alleg. 64. n. 20. PETR. REBVFF. Prax. Benef. pag. 934. adeo ut non sufficiat præsentia Be-neficiati in Civitate, sed interessentia in Horis Divinis requira-tur. c. 7. X. de Cler. non resid. CONCIL. TRID. Sess. 24. c. 12. An verò portio absentium accrescat præsentibus, an verò maneat penes Ecclesiam? querunt Canonistæ, & inter alios distinguit p. FRAN-CISC.

CISC. SCHMIER. ad Jus Can. L. 3. Tract. 1. p. 2. C. 3. sedl. 8. §. 3. n.  
387. statuendo, si præsentibus collectivè summis, una summa sit  
constituta, quod tunc jus accrescendi reliquis obtineat; sin au-  
tem pro singulis præsentibus singulæ portiones sint deputatæ,  
prædictum jus accrescendi cesset, cui adstipulantur KÖNIG. prince-  
jur. Can. lib. 3. tit. 4. n. fin. REIFFENSTVEL. ad Jus Can. d. t. §. 6.  
n. 183. quia ultimo casu interessentibus solum sua Portio deter-  
minata debetur, absentibus autem nihil, si verò absens à Cho-  
ro justas præ se ferre possit causas, nihilominus Distributio-  
nes quotidianas percipere potest, quarum tres assignantur, vi-  
delicet 1) infirmitas, ob quam Beneficiatus ad Divina Officia se  
conferre nequit, utpote si podagrâ vexetur, vel alio corporis  
morbo laboret, si Medicinam sumplerit, aur venælectione usus  
fuerit, modò tamen, dum integra stetit valetudo, Divinis adesse  
consueverit: PETR. NAVARR. l. 2. de Refit. c. 2. dub. 3. n. 238. CO-  
VAR. l. 3. Var. c. 13. n. 8. PIRHINC. ad Jus. C. tit. de Cler. non re-  
fid. n. 68. sive deinde per culpan propriam in morbum illum  
inciderit, sive non, quia Distributiones generaliter conceduntur  
infirmis, & Voluntarium illud in causa, tanquam nimis remo-  
tum, hic à jure non attenditur. SCHMALZGRVBER l. c. n. 88. cum  
LAYM. BARBOS. SCHAMBOG. ibidem citatis. 2) Justa & rationa-  
bilis corporis necessitas, utpote si propter senium, timorem  
gravis damni ab inimico inferendi, gravantis belli aut pestis pe-  
riculum, vel sine culpa à Choro sic exclusus, aut incarceratus.  
3) Evidens Ecclesia utilitas, si nimirum Clericus ad negotia Ec-  
clesia sua peragenda Romam missus, ab illa Obses datus sit: BAR-  
BOS. de Off. Episc. alleg. 53. n. 171. & 165. PASSER. in c. un. de Cler.  
non resid. in t. n. 114. aut curam animarum, Præbendæ annexam,  
exerceat. CONCIL. TRID. Sess. 22. c. 3. Quod tamen de Canonicis,  
habentibus Ecclesiæ Parochiales extraneas, non procedit, plures  
que alii casus obvenire queunt, qui ad Distributiones lucrandas  
sufficiunt, ad quorum dijudicationem arbitrium Virorum pru-  
dentum timorataque conscientia requiritur, quorum plures ad-  
ferunt REIFFENSTVEL cit. loc. §. 7. n. 185. seqq. RICC. cit. loc. De-  
cis. 498. SCHMALZGRVBER. cit. loc. n. 98. seqq. Inter quos tamen  
non numeratur absentia Studiorum caula. c. 32. X. de Prabend.  
RICC. Prax. disrib. quotid. Decis. 495. De quo casu in Lectione præ-  
cursoria ad mox dictum capitulum 32. plura differet

) ( 3

PRÆ-

PRÆNOBILIS AC CLARISSIMVS

DOMINVS

ERNESTVS WILHELMVS  
STRECKER,

Jurium Candidatus meritissimus,

Natus hic Erfordiae die 6to Februarii MDCCXXIII. Patre Viro  
Prænobilissimo ac Consultissimo Dn. CONRADO WILHELMO  
STRECKER, Jcto etate nostrâ celeberrimo, Eminensissimac Celsissimi Ar-  
chi-Episcopi ac Principis Electoris Moguntini bujatis Regiminis Consilia-  
rio, Facultatis Juridice Assessore Sen. ac Codicis Professore Publico Ordin-  
ario, atque Civitatis Syndico & Confule Primario, qui munus Rectoris  
tuis Universitatis nostræ, ad quod unanimi Procerum consensu  
vocatus, per quadriennium laudabiliter observavit, contra deside-  
rium, ut diutius suciperet, non itâ pridem resignavit. Matre  
vero CHRISTINA SOPHIA, natâ TENZEL, Magni Jcti ERNESTI  
TENZELII, Collegæ quondam nostri filiâ, cujus ob præmaturum  
obitum fideles vices supplevit MARIA ANNA FRANCISCA, ex Fa-  
milia WAGNERIANA oriunda, celebrandâ vigilantis ac follicite  
Matrisam. Prudentiâ, omnique alio virtutum genere summo-  
pere prædicta. Hi Parentes primam curam in id intenderunt,  
ut, quamprimum ætas permisit, Candidatus noster curæ atque in-  
formationi private quorundam Præceptorum Domesticorum de-  
mandaretur, sub quibus, & succendentibus annis ulteriora literarum  
humaniorumque studiorum fundamenta sub vigilanti directione  
RR. PP. Soc. Jesu, in specie RR. MM. HARTVNG, & EISENTRAVT,  
& R. P. EDMUNDO VOIT ia eorum, quod hic floret, Gymnasio ex  
voto posuit. His cum laude absolvitis, in Philosophicis simul ac  
Mathematicis Scientiis, Manuductorem adhuc sanctè veneratur  
Plurimum Reverendum P. ANDREAM GORDON, Ord. S. Benedi-  
cti in Monasterio Scotorum Ratisbonæ Professorum, AA. LL. & Philo-  
sophie Professorum, & Facultatis Philosophica Assessorem, Virum ince-  
gerrum non minus, ac Artis Philosophicæ, Mathefeos alia-  
rumque curiosarum Scientiarum celeberrimum, sub cuius mo-  
deramine binas Dissertationes, primam de Cognitione; alteram  
& Duellis à se conscriptam, eisque annexas theses ex Universa  
Philo-

Philosophia, cum insigni applausu publicè defendit: posthac studio utriusque juris se mancipavit, ac prima Jurisprudentiæ funda-  
menta apud Virum Prænobilem ac Consultissimum D. JOAN-  
NEM GEORGIVM BRÜCKMANN J. U. D. Jud. Electoralis Provinc.  
Assessorem, ac Professorem juris publicum posuit, quem in suis præ-  
lectionibus ad Instituta Imperialia in uno, & ad Compendium  
Lauterbachianum in Pandectas, in altero anno, studiis suis non  
parùm commodi attulisse profitetur, quas Pandectas cum virili  
gravitate, maximoque fervore Me prælegente repetiuit. His-  
toria juris, & Jura Feudalia à prælaudato D. Parente exceptis; In  
reliquis, Jurisprudentiæ tam publicæ, quam privatae, partibus Du-  
ces habuit, & quidem ad jus Can. Prænobilissimum ac Consul-  
tissimum Dn. JOANNEM MICHAELM ROTERMUND, J. U. D. ac  
Celsif. Principis Electoris Moguntini Consilitorum Regiminis, Judi-  
cii Ecclesiastici Assessorem, Decret. Prof. Publ. Ord. nec non Civit. Erford.  
Consulem Primarium: simulque Plurimum Reverendum ac Exi-  
mium Dn. JOANNEM CHRISTOPHORVM HVNOLD, SS. Theol. D.  
Jud. Eccles. & Facult. Theol. Assess. SS. Can. Prof. Publ. Ord. Insignis  
Eccles. Colleg. B. M. V. Can. Cap. & Decan. Ad Jus Publicum &  
Historias Virum Nobilissimum ac Consultissimum Dn. HIERO-  
NYMVM FRIDERICVM SCHORCH, S. Palat. Cesar. Comit. Jurid.  
Facult. Assess. ac Prof. Jur. Publ. Ord. & Civit. Erford. Pro. Consulem  
Primarium, nec non Virum Generosum & Consultissimum Dn.  
JOANNEM ARNOLDVM de BEILMONT, J. U. D. Regim. Elec-  
torali Consiliar. Jur. Publ. & Historiarum Prof. Publ. Ord. & Biblioteca  
Boineburgica Directorem. Præterea Collegium Practicum inde-  
fessio studio sub Prænibili ac Consultissimo Dn. JOANNE ELIA  
HEILIGENSTAEDT, J. U. D. Erfordiensium Dicasteriorum Advocato  
celeberrimo, audivit, ac feliciter absolvit. Tandem toto  
legitimo opere, stadioque Academico completo, ut sui laboris  
bravium reportaret, consuetis juriū Candidatorum Examini-  
bus subjici, ab Ordine nostro eā, quā decet, modestiā petiit, voti  
compos, textus ex utroque jure transmissos, juri congruenter  
& doctē elaboravit, ac resolvit, atque ad propositas quæstiones  
solidissimè respondit, adeo ut propter exquisitam principiorum  
Jurisprudentiæ Scientiam unanimi consensu Supremis juriū Ho-  
noribus dignissimus judicatus, ac publica cathedra eidem aper-  
ta sit. Antequam autem ad reliqua specimina inauguralia fese-  
accin-

accingeret, abhinc, cum ante Universitates Lipsiensem, & Hal-  
lensem, visitaverit, Francofurtum ad M̄cenūm abiit; viis ibidem  
Electioñis & Coronatioñis Imperatoria Solennitatibus, Strasbur-  
gum, abinde in Galliam se contulit, ex qua elapsis novem  
mensibus, per Flandriam, Hollandiam, Frisiā orientalem, Sa-  
xoniam inferiorem, Marchiam Brandenburgicam & Saxoniam  
Superiore iter confecit. Redux nunc, crastino Die Lunæ, Ca-  
thedram apertam promerito ascendet, in eaque imprimis le-  
ctionem præcursoriam ad d. C. 32. X. de Prabend. illâ autem  
finitâ Disputationem inaugurelam,

DE

## SPLENDORE FAMILIARVM ILLVSTRIVM CONSERVANDO

sub Præsidio Altissimi habebit. Ad quos Aetus Solennes, Magni-  
ficus, Reverendissimus ac Amplissimus Universitatis Rector, coe-  
terique Domini Proceres & Cives Academici, præprimis Le-  
gum Cultores, ut frequenter interesse velint, eā, quā par est, ob-  
servantia invitantur. Publicatum sub Sigillo Facultatis Juridicæ  
d. 5. Martii MDCCXLVII.



Erfurt, Diss., 1745-47

X 2386990

ULB Halle  
007 650 40X

3







1747  
n. 2-5 fehlt in der Durchzählung

7

18

1747-1

FACULTATIS JVRIDICÆ  
DECANVS,  
**JO. CHRISTOPHORVS**  
**SPITZ, JC<sup>TUS</sup>,**

MEMORATÆ FACVLTATIS, NEC NON JUDICII  
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, AC  
PROFESSOR PVBLICVS, ATQVE CIVITATIS  
ERFORDIENSIS SENATOR,

# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

## ERFORDIAE

Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.

